

per stabilitatem scriptorum firmiter stabilita | transferre ad noticiam posterorum. Quocirca universitati vestre volumus esse notum, quod nos religiosorum in Christo domini Gysonis abbatis et conven|tus Breidenowensium precibus inclinati de agris, pratis, silvis et omnibus pertinentiis in Stelenberge et Wernherrode colendi, locandi et, prout sibi melius viderint expedire, liberam ordinandi concedimus facultatem, presertim cum ad eos proprietates 5 predictorum iusto utique dinoscatur titulo pertinere. Omni eciam iuri, quod in prefatis bonis iure advocatorio habuimus, iudicio tamen nobis de effusione sanguinis et aliis criminalibus ad forum civile pertinentibus plenarie reservatis condicione huius modi pro nobis et heredibus nostris renunciavimus interiecta, quod iidem abbas scilicet et conventus in recompensacione renunciati iuris nobis et heredibus nostris singulis annis x solidos in 10 festo beati Martini perpetuo exsolvere tenebuntur. Solucionem vero prefate summe primis quinque annis liberaliter eis duximus relaxandam. Ne autem hanc concessionem nostram quisquam ausu temerario violare presumat, presens scriptum inde datum sigilli nostri munimine roboramus. Actum anno gracie m. ccc. xxi. Testes huius rei sunt: Godescalcus de Plesse. Tudo de Lapide. Reinhardus de Wezenhusen. Cunradus de 15 Elbene. Rupertus de Casle et filius suus Gyso. Hermannus de Scuzsene socer suus. Hermannus Luna. Berno advocatus. Didericus de Rulindenhusen. Lodewicus de Berchodeshusen. Gyso et Hoierus filii Wilhelmi de Gudenbure. Widekindus, Rûpertus, Gunderamus monachi Breidenowenses et quam plures alii fide digni.

(SFR.)

20

454.

Schköhlen, 1231.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 10,3.

Bischof Elckehard von Merseburg erklärt seine Zustimmung dazu, daß Ritter 25 Otto von Lichtenhain dem Augustinerstift zu Naumburg ein Allod zu Prittitz und den dazu gehörigen Wald verkauft, nachdem Markgraf Heinrich auf den ihm an den Gütern zustehenden Anthel verzichtet hat. Vergl. No. 431.

455.

Die Markgrafen Iohann und Otto von Brandenburg überlassen dem Priester Dietrich und seinen 30 geistlichen Brüdern das Dorf Barsdyn zur Stiftung eines Klosters. — Zeuge: Landgraf Heinrich.

1231.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin. S., an braunen Seidenfäden, gut erhalten.

Gedr.: Riechel, Cod. dipl. Brandenburg. I. 13,202.

— — Huius rei testes sunt: Henricus langravius. Conradus comes de Regen- 35 steyn. Henricus comes de Dammberghe. Henricus abbas de Lenyn. Albertus et Walterus de Arnesteyn. Albertus de Spandow. Henricus de Steyndale. Gerardus